Quod bonum, felix, faustum, fortunatumq; sit?

DE

ACTUARIO,

Consensu atq; indultu Magnifici in celeberrimâ prope Albim Universitate JCtorum Ordinis

DISSERTATIONEM

SUB-PRÆSIDIO

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, EXCELLENTISSIMI Atq; CONSULTISSIMI

DN. GODOFREDI STRAUSSII,

J. U. Doctoris atq; Antecessoris famigeratissimi, Curiæ Electoralis, Scabinatus & Facultatis Juridicæ Assessoris gravissimi, nec non Serenisf. Princ. Viduæ Anhaltinæ Consiliarii Splendidi,

DNI. Patroni atq; Promotoris sui omni observantiæ cultu prosequendi ac devenerandi

Ad diem 16. Augusti

In Acroaterio JCtorum

publico Examini subjicit

JOHANNES CHRISTOPHOR: Hänßel/

Dresd. Misn.



WITTEBERGÆ,

Literis JOHANNIS WILCKII.

Anno M DC LXXVI.



In Nomine Domini nostri JESU CHRISTI.

§ I.

INter cætera themata, qvæ meditanti ad Dissertationem Juridicam, uti fieri assolet, observabantur, ACTUARIUS placuit. Materia qvidem satis trita, utilis tamen, &, ut mea fert opinio, valdè necessaria, officioq; meo, qvo in præsenti per DEI gratiam defungor, admodum conveniens. Curiosius enim ex eâ nonnulla, qvæ aliqvando in Foro utilia sunt ac maximè proficua, erui posse persvasum mihi omninò est. *arg. proœm. Instit. L. 1. ff. de susp. Tut. & L. 25. ff. de Liberal. Leg.* Præstantissimum, siqvidem illorum est studium, qvi excolendis se eis, qvæ communi vitæ utilia sunt, dedunt, digni maximè eo visi, qvod ad hominum utilitatem omnes suas curas intendunt. Nam & pius eorum in Bonum publicum amor laudibus celebratur non immerito: *arg. pr. Nov. 54 Leonis.* Qvanqvam minimè inficias eam, maximā omninò partem in abstrusioribus ac sublimioribus Juris materiis niti Jurisprudentiam, adeò, ut ne ullus qvidem ad summa sese in Juris Doctrina pervenisse censeatur, qvi easdem neglexerit. Placuit tamen, & adhuc perplacet mihi hujus argumenti utilitas. Sufficiat itaq; pro ingenii mei modulo qvalem qvalem compilâsse Dissertationem. TE,

verò,sacrosancta Trias, unde totius mundi processerunt elementa & eorum dispositio in orbem terrarum producta est, *uti loqvitur Justinianus proœm. de concept. digest.* supplici veneror prece, divinâ tua gratia adesse mihi ne dedigneris: sic enim, si initium tibi fiat decens & amabile *Nov.6.pr.Nov.109 pr.* feliciter à me cætera perfectum iri certo certius confido.

§. II. Evolvens autem maximum *proœm.de nov. Cod.fac.ad Sen.Vrb.Const.* vastumq; illud ac desperatum, opus *proœm. Instit.* qvod nemo neq; sperare, neq; optare ausus est *§.1.de Concept.Dig.* imò, cujus perfectionem ante Justiniani imperium humano ingenio possibile esse nullus existimavit *proœm.de Confirm. Digest.ad magn. Sen.* persæpe deprehendi JCtos solicitius investigasse in nominum notationes *L.1.§.1.ff.de Just.& Jur.L.1.ff.de Furt. L.2.§.2.ff.de Reb.cred.pr. Instit. Qvib.mod.re contrah. oblig. §.2.Instit.deTutel.§.5.Instit.qvib.mod.jus patr.pot.solv.L.3.ff. de damn.inf.§.2. Instit. de oblig. qvæ ex del. nasc. & passim.* Tractaturus itaq; de Actuario, in vocis hujus originem inqvirere duxi necessarium.

§. III. Debet autem ACTUARIUS natales suos τῷ ago, unde *ACTA* & abhinc *ACTUARIUS.* Et dicuntur *ACTA*, qvæ Autoritate judiciali in loco judicii publico ab Actuario jurato ritè ac legitimè ad indubitatam rei memoriam conscribuntur. Nam & olim erant scripta & commentarii publici, in qvos ea, qvæ vel in Consistoriis Principum vel auditoriis Præsidum & Magistratuum gerebantur, conjiciebantur. *Habn. ad Wesenb. tit.de Adopt.* Ille verò, qvi istiusmodi Acta excipit, vocatur *ACTUARIUS,* pro qvo & Acturius dicitur. Germanis, Gerichts-Secretarien/Proto-Notarien/Ambts-

Nota-

Notarien/ Gerichts-Stadt-Schreiber / Gerichtshalter.

§. IV. Qvodnam Actuariorum officium olim fuerit ex Historia Romana hauriendum est, in qvam me intromittere in præsens pagellarum angustia non permittit. *Conf. Dn. Brunnem. in Cod. tit. de erogat. milit. annon. nu. 17. & n. 25. 26. 27.*

§. V. Neq; tamen unò omninò nomine salutantur Actuarii. Dicuntur enim Secretarii, Proto-Notarii, Notarii, Scribæ Churfl. S. N. Ger Ordn. tit. 2 von den Gerichts Secretarien/&c. qvamvis facile concesserim eorundem conditionem ac dignitatem admodum esse disparem, adeò, ut in majoribus Judiciis Licentiatos, imò Gradu Doctoris ornatos Actuariorum munus subire cernerere liceat.

§. VI. Hæc de definitione nominali dixisse sufficiat. Progredimur ad realem, ut scilicet nobis constare qveat, qvodnam illud sit, de qvo qværitur. *L. 13. § 3. ff. de reb. dubiis.* Et licet omnis in jure definitio periculosa dicatur *per L. 202 ff. de Reg. Jur.* & bene ponderanda *L. 1. ff. de dol. mal.* Arridet tamen hæc in præsentiarum ACTUARII definitio s. descriptio, *qvod sit persona publica à Magistratu sub juramenti religione ad id ordinata, ut qvæ in judicio proponuntur & aguntur fideliter ac legitimè consignet, consignataq; periculosè haudqvaqvam divulget.*

§. VII. Habent autem Actuarios constituendi potestatem omnes ii, qvibus concessa est Jurisdictio N. Ger. Ordn. cit. tit. 2. §. also versehen/ in verb. die von uns mit Gerichten belinhen.

§. VIII. Ad Actuariatus munus promoveri possunt qvorum industria, vitæ integritas, fides ac legum peritia cognita & perspecta est satis N. Ger. Ordn. *cit. loc. in verb.* einen tüchtigen und geschickten Notarium, der den Proceß und andere vorfallende Gerichts-Sachen legaliter dirigiren könne/ N. Erl. tit. von Justitien-Sachen *n. 32. in verb.* geschickte und fleißige *Actuarii & Nov. Dec. Elect. 38* der legaliter und dem Proceß gemeß verfähret/ CARPZ. *in Proc. tit. 2. art. 4 n. 46.* & qvidem sub fide juramenti, N. Ger. Ordn. *d. l. in verb* absonderlich darzu vereyden N. Erl. *cit. l. n. 32. ibi:* vereydet werden/ BERLICH. *Concl. 8. n. 18.* qvæ tamen juramentorum formulæ non sunt uniusmodi, sed pro judiciorum varietate variare solent. Churfl. Appell. Ordn. tit. was der zum Appellation-Gericht verordnete Secretarius: Tit. was der Unter Schreiber angeloben sol Oberhoffger. Ordn zu Leipzig Tit. Eyd des Gerichts-Schreibers und seines unter Schreibers Jngl. Hoffgericht Ordn. zu Wittenberg. Tit. Eyd des Schreibers. It. Peinl Gerichts-Ordn. Carol. V. Tit. Schreibers Eyd. Item Kirchen-Ordn. Tit. von beyden Consistoriis zu Leipzig und Wittenberg n. 4. des Notarien und Substituten oder Copisten Eyd. Præprimis verò Nobilium Actuarii, des Gerichts Verwalther præsentibus subditis, ut juramentum deponant, ratio, qvam CARPZ. *Lib. 2. Resp. 14 n 16. & P 3. Decis. Elect. decis. 102. n. 34.* nec non BERLICH. *Concl. 8 n. 57* allegant, maximè efflagitare videtur *conf.* N. Ger. Ordn. *cit. t. 2. ibi:* im Beyseyn der Unterthanen.

§. IX. Ex hisce facile colligere est, non qvemvis Actis judicialibus scribendis custodiendisve adhiberi posse. Proceß Ordn. *cit. t. in verb.* und nicht gestatten/ daß

einer

einer oder der ander von ihren Dienern/so darzu nicht bestellet noch geschwohren. Excluduntur itaq; (1.) Impuberes, utpote qvi judicio carere censentur *L.12.§.2.de Judic.§.1.Instit.qvib.non est permi.fac.test.* adeoq; juramentum, qvô Actuarius aliàs judicio obstringendus venit, haud præstare, imô ne testis qvidem esse potest *L.Testim.3.§.5.de Test.* cùm Actuario alioqvin jurato æqvè credatur ac duobus Testibus. FINCKELTH. *Obs.Pract.127.n.3.* & *10.* qvippe qvorum scripta tantam habent vim, ut fidem faciant plenam ROSBACH *in Proc.Jud.tit.8.n.4.* Dn. Nicol. *in Proc.c.47.nu.6.ibi (3. Acta Judicii.* Berlich.*Concl.8.n.25* Gail *lib.1 Obs.134.n.13.* Carpz. *Decis.Elect.p.3.Decis.201.n.22.* Accedit præterea, qvod impuberibus omnibus officiis publicis interdicatur *per L.2.§.1.de Reg.Jur.Conf.* Joh. à Sande *ad h.l.*

§. X. Removentur porro Furiosi. Destituuntur enim judicio *L 7.§.9.ff.qvib.ex caus.in poss.eatur.§.8.Inst. de inutil. stipul.* imô planè voluntate *L. 40. de Reg.Jur.* & pro qviescentibus, absentibus ac dormientibus habentur *L.2.§.furiosus 3.ff.de jure Codicill.L.5.de Reg.Jur.L.4.ff.de divort. & repud.*

§. XI. Sic nec admittuntur Fœminæ *per L.2.ff.de Reg.Jur.* Pudor enim mulieribus, qvo minus officia publica gerere qveant, adversatur admodum earum potius est proprium, curare domum & accipere atq; tueri conceptum *L.14.§.1.p.de Ædil.Edict.* Fragile insuper est ac multis expositum captionibus fœminarum consilium *L.2.§.verb. ff.ad SCt. Vellej.* Joh. à Sande *ad cit.l.2.ff.de Reg.Jur.*

§. XII. Non adhibentur prætereà Infames. Aufert enim infamia bonam existimationem & inde dependentia Jura *L.5 ff.de extraord.cognit.L.3.de re milit.* Dn. STRUV. *Exercit.7.ff.th.5.* adeò, ut per infamiam ab honestorum

cœtu segregatis porta honoris minimè pateat. *L. 2. C. de Dign.* Non enim Actuarius minus honestæ & inculpatæ debet esse vitæ, qvàm Judicii Assessores *Magn. DN.* ZIEGL. *in Not. ad Proc. Judic. tit. 2.* §. also versehen ad verb. einen tüchtigen.

§. XIII. Arcendi qvoq; sunt ab Actuariorum munere Imperiti legum ac processus ignari N. Ger. Ordn. tit. 2. in verb. und nicht gestatten / des ohne Unterscheid & porro, auch derer Sachen keinen Verstand haben. Reqviritur enim in Actuario Legum peritia, ut scil. ea, qvæ pro qvalitate ac conditione processus sese offerunt dirigere qveat CARPZ. *p. 3. Decis. Elect. 201. num. 20.* Andr. Rauchb. *tit. 8. n. 9. cit. supr. 21* Erl. tit. von Justitien-Sachen n. 32. ibi. der den Proceß dirigiren/das jenige/was die Nothdurfft erfordert/ richtig abfassen. Nec enim ipsos ipsorum imperitia excusat. Nam imperitia artis, qvam qvis profitetur, culpæ annumeranda est *L. 132. ff. de Reg. Jur. L. 9. §. 5. Locati L. 8. ff. ad Leg. Aqvil.* Gail. *lib. 1. obs. Practic. 54. n. 8.* Joh. à Sande *in Tract. ad Reg. Jur. ad L. 29. p. m. 147.* sic & veniæ locum eorum negligentia haudqvaqvam meretur, sed graviter punienda est. N. gericht Ordn. cit. tit. in verb. die Verbrechen und Hinlaßigen mit besondern Ernst zu eyfern nicht unterlassen werden. N. Erl. tit. von Justitien Sachen num. 32. In wiedrigen / & n. 16. §. würde man aber. Tenetur enim Actuarius non solum negligens sed & dolose agens parti læsæ ad interesse *arg. L. 19. C. de Test. L. 14. §. 3. C. de SS. Eccles.* Berlich. *Concl. 8. n. 3. seqq.* Gail. *obs. Practic. Lib. 1. obs. 1:4 n. 14.* Dn. Brunnem. *in Cod. tit. de erog. milit. annon. num. 29.* Magn. Dn. Ziegl. *in Not. ad Nov. Ord. Judic. c. l.*

§. XIV. Et ut summatim dixerim, Actuariorum munere fungi neqveunt omnes ii, qvi testes esse legibus prohi-

prohibentur, ut infideles, cœci, muti, surdi &c. *L. 23. C. de Haret. & Manich. L. 12. C. de Apostat. Dn.* N I C. *in Proc. c. 59. n. 8. seqq.*

§. XV. In qvònam Actuariorum munus consistat §. 8. præc. mentio facta est, scil. ut sub juramenti religione Judicio ac Judici se devinctos reddant sese acta fideliter conscripturos, librisq; judicialibus ea, qvæ ratione processus ac negotii cujusdam sese offerunt, & prout stylus judicii exigere videbitur dextrè inserturos atqve directuros legaliter. *Conf.* Rosb. *in Proc. tit. 8. n. 3.* Berlich. *Concl. 8. n. 21. Carpz. in Proc. tit. 2. art. 4. n. 42.* Neqve amplius necesse omninò est, ut Judicii Actuarius sit Notarius Imperialis, per ea, qvæ habentur *in Dec. Elect. 38.* N. Erl. *tit.* von *Justitien* Sachen *n. 31.* utut contrariam tueantur sententiam Carpz. *P. 3. Decis. Elect. Dec. 101. n. 16. seqq. & in Proc. c. l. n. 52.* Berlich *Cnucl. 8. n. 16.* Præprimis verò Actuarii necesse habent ut acta judicialia figant, ordinent, foliisqve numerum addant *n.* Erl. *tit.* von Justitien Sachen *n. 16.* §. wird man aber aus denen Actis / so jedesmahl neben den Berichten wohl geheftet und richtig foliiret & *n. 53.* §. Obzwar ibid. die Acta jedesmahl originaliter versiegelt und richtig foliiret & in §. nach dem; ibi. uff Volumina & folia Actorum gerichteten Schein. Imo & hoc in terris Electoratus Saxoniæ obtinet, ut judicii Notarii, & in summo Appellationis judicio Scribæ ex Copistis Cancellariæ Aulicæ desumti Appel. Ordn. tit. von den Schreibern / so zu den Ver[illegible]tzen geordnet. N. Erl. tit. von Justitien Sachen n. 31. & sub juramento obligati cit. Appel.

Ordn. tit. was die Schreiber angeloben sollen positiones, qvas Advocati in calamum dictitant, in judicii loco non in privatis ædibus excipiant *Conf. Edict. Elect. de dato* den 23. *Junii* 1663. *ubi Serenissimus serio jubet.* Daß die Beampten / die von Adel / Rä:he in Städten / auch andere so mit den Gerichten beliehen keinen Advocaten hinführo mehr die Acta aus den Aemptern und Gerichten in die privat Häuser abfolgen lassen sollen N. Erl tit v n Justitiensachen *n.*31.32. nisi adversâ Advocat laborent valetudine *cit. Edict. Elect. in verb.* Es were denn daß einer oder der ander Unpäßlichkeit halber nicht außgehen könte prouti à Generoso Appellationum Præside qvandoqve dispensatum fuisse meminit *Magn. Dn. Werner Theodor. Martini Sereniss. Elect. Saxon. Consil. Patronus meus maximè colendus in diss. rt. 10. Colleg. Crim. Publ. de Pers. Jud. Crim. Accessor. c.2. n.57.* neqve præterea Actuario publicare Acta, neq; copiam eorundem partibus dare licebit, nisi utrobiq; Judicis accesserit voluntas ac consensus Rosbach. *in Proc. tit. 8. n.6.* Berlich. *cit. Concl. 8. n.33.34.* Carpz. *Decis. Elect. P. 3. Decis. 103 n.33.*

§. XVI. Occupatus sit qvoq; Actuarius circa conficiendas Citationes, qvæ omnium constituendarum actionum & judicii suscipiendi principium perhibentur *§. ult. Instit. de pœn. tem. litig. Carpz. Proc. tit. 7. art 1. n.5.* qvî enim processus insecutus, si fundamento destituatur, subsistere poterit, qvin potius in fumum abeat ac annulletur *Carpz. Dec. Elect. Saxon. 209. n. 23.* imò ad essentiam processus spectant, *Gail l.1. obs. 48* HAHN. *ad Wesenb. tit. de in jus voc. n.13. Dn.* STRUV. *Exerc. 5 ff. th 10. & Exercit. 9 th. 68. Magn. Dn.* ZIEGL. *in Not. ad Nov. Ord. Judic tit. 4. ad verb.* Das erste fundamentalstück. & ad instantiam partis impetrari debent aliàs non tenent *Carpz. c. l. n. 28. 29. Dn. Nic. in Proc. c. 3. n. 24. & c. 2.*

n. 22.

n.12 Judex enim non nisi imploratus officium suum impertitur *L 4. §. hoc autem ff. de damn. inf limitationes vid apud Dn.* Nicol. *c.l.n. 25.*

§. XVII. Prius autem Judicii Notarius, qvàm citationem componat, simul atq; libellus offertur, ab eo, qvi alterius nomine eum exhibet, legitimationem exigere debet N. Erl. *tit.* von Justitien Sachen *n. 17.* Es sol jederzeit / siq; id factum fuerit post 14. dies à tempore insinuati libelli citatorium conficiat partibusq; sumptibus Actoris ut insinuetur curet N. Erl. *tit.* von Justitien Sachen *n. 16. §.* als befehlen.

§. XIIX. Omnis verò Citatio tum nomen Judicis citantis *arg. L. 8. de jud.* Gail. *lib. 1, obs. Pract. obs. 45. n. 6 Dn.* Nicol. *in Proc. c. 3. n. 8* ubi simul rationes addit, tum utriusq; litigatoris Rosbach *tit. 22. n. 1. Dn.* Nicol. *cit. l. n. 15.* tum & causam continere debet, ut citato scil. constet, num Judex sit competens aut suspectus, ut sciat qvoqve cum qvonam sibi sit agendum & ad qvam causam in judicio respondere necesse habeat. N. Ger. Ord. *tit. 4. in verb.* und daß *Citatus &c.* jedesmahl parato enim accedere debet citatus N. G. O. *c l. verb.* seine Nothdurfft zubedencken. & citatorium potissimum hunc in finem emanat, ut pars citata instruatur super eo, super qvo convenitur *arg. L. 2. ff. de Edend.* Si vero qvid horum intermissum fuerit, suo citatio frustratur effectu, nec convalidari potest utut citatus sui copiam faciat, qvin citatorium ut illegitimè factum impugnare Valeat N. Ger. Ordn. *c. l.* nicht erst hernach. imò nec respondere qvidem, si ipse de causa, ob qvam in jus vocatus fuerit, certior per citationem factus non fuerit, nisi causa sit leviuscula & à Judice facta citato denunciatio præcesserit Perez. *in Pral. ad Cod. tit. de in jus voc. n. 8. seqq.* tenetur *arg. L. 2. §. 3. ibi. nam & Divus Pius &c. de Judic. Dn.* Nic. *in Proc. c. 16. n. 7.* Hinc jure novissimo *ex Recess. Imperii de anno 1654. §.* diesen nechst nun *vers.* als auch besagten *libellum* &c. libelli copia unà cum citatorio transmittenda necessariò est *Dn.* Nicol. *c. 3. n. 28.* utut olim in Judicis arbitrio positum fuerit sive tenorem libelli sive copiam transmittere Carpz. *in Proc. tit. 7. art. 2. n. 27.* Designandus insuper in Citatione est locus, & qvidem idoneus.

 Nimi-

Nimirum ut citatus, num locus iste subsit jurisdictioni citantis, num suspectus, honestus, aut tutus sit, cognoscere qveat. Qvapropter citatus ad locum haud tutum in eo comparere non cogitur nec per se, nec per alium VANT. *in Tr. de nullit. in tit. ex def. Jurisd. ordin. n. 156. Vid. omninò Dn.* Nicol. *in Proc. c. l. n. 30. 31. seqq. ibidemq; cit. Autores.* Tum qvoq; Citationi inserenda est dies. Eapropter Actuarios dierum temporumq; diversitatem nosse oportet, perspecta qvoq; habeant Vindemiarum messiumq; tempora *L. 2. C. de Feriis.* Citatus enim ad diem feriatum comparere non tenetur *L. 2. §. 1. ff. Si qvis in jus voc. non iverit tot. tit. ff. de Feriis & dilat. & sententia contra* absentem pronunciata nullius est momenti *L. 1. §. 1. de Feriis.* Prætoris enim factum Juri derogare non oportet, nisi partes sponte comparere velint *L. si feriat. 6. ibid. ex volunt. partium ff. de Feriis Gail lib. 1. Obs. Pract. Obs. 53 n. 16.* Perez. *in Prælect. in Cod. tit. de Feriis n. 4.* Id qvod tamen aliter obtinet in feriis solennibus & repentinis, qvibus à privatis haudqvaqvam renunciari potest. *L. 1 in fin. C de feriis* Gail. *cit. loc.* Qvin imò citatio die feriato facta ac insinuata, ut vi ejus citatus ad diem non feriatum comparere debeat, effectum haud conseqvitur *per L. fin. §. 1. C. de feriis Dn.* Brunnem. *ad cit. L. fin. C. Dn.* Nicol. *in Proc. c. 4. n.* 10. Si ergò citatio ad diem non feriatum haud valet, multo minus ad diem feriatum formaliter scil. & expresse notatum valebit *L. 1. ff. de Feriis.* Secus tamen res sese habet, si certus mensis dies, in qvem forsitan feriæ incidere qveant, citationi insertus fuerit, citatus omninò comparere obligabitur die proximè seqventi ac juridicâ GAIL. *obs. Pract. lib. 1. Obs. 53. n. 2.* Zoës. *ad tit ff. de Feriis n. 5.* Pariter qvoqve citatio ita concepta, ut citatus sui copiam faciat intra Festum vel usqve ad Festum Michaelis nullo laborare vitio censenda est. PEREZ *Præl. ad Cod. tit. de Feriis n. 9.* Qvod autem de citationis actu, qvod scil. ille die feriato, nisi res urgeat & citationis causa alimenta, carceratos, pupillos, viduas miserabilesqve personas concernat *L. 1. §. 2. ff de Feriis & dilat.* Gail. *cit. l. 1. 1.* expediri neqveat, hactenus & diximus, id qvoqve in testium examinatione obtinere statuimus, nisi

nisi aliud ipsorum testium ac producentis svadeat detrimentum aut periculum UNGEPAUER *ad Decret. de feriis. n. 12.* Attendendum insuper est in citationis conceptione tempus, idqve legitimum ac justum N. Ger. Ordn. *tit. 4. & tit. 10.* §. In Fall verb. die vollkommene Sächs. Frist als 6. Wochen und 3. Tage N. Erl. tit. von Justitien Sachen §. wenn nehmlich zum andern ibid. ihme vollständige Sächs. Frist *Conf. Edict Elect. de dato* den 12. Aug. 1670. Si enim nimis brevis terminus constitutus fuerit reus an cedere, an verò contendere velit, secum deliberare neqvit *L. 1. ff de Edend.* adeoqve Citatio ut temeraria rejicienda ipsoqve jure nulla est GAIL. *lib. 1 Obs. 53. n. 19.* Zanger. *P. 2. de Except. c. 6. n. 11.* qvinimò nec unicus dies deficere debet de termino Saxonico CARPZ. *Proc tit. 7. art. 2 n. 51.* & si deficiat, reus contumax non nisi in expensas condemnari potest N Ger Ordn. tit. 10. § In Fall verb. in die Expens vertheilet werden. *Carpz. P. 1. Def. For. Const. 2. Def. 25.* Berlich *P. 1 Concl. n. 15.* Et hoc spatium sex septimanarum dierumqve trium currere incipit à tempore executæ ac insinuatæ Citationis N Ger. Ordn. d. l. ibi. und er von Zeit solcher insinuation an etc N. Erl. tit. von Justitien Sachen n. 2. verb. Ihme vollständige Sächsl. Frist à tempore insinuationis anzunehmen *Dn.* Nicol. *in Proc. c. 16. n. 2.* Gail. *cit. loc. n. 3* Zanger *in Comment. ad tit. Instit. de Except. & Replicat. p. m. 118.* qvod tempus tamen ita computandum, ut non ab eo ipso momento, qvo citationis insinuatio facta est, terminus Saxonicus currere incipiat, sed in sequenti saltim die CARPZ *cit. loc. Def. 23.* In Judiciis verò Provincialibus Electoratus Saxoniæ citatio terminum sex aut qvinqve septimanarum continens pro sufficienti habetur Hoffger Ordn. zu Leipzig tit. von Citationen, und Hoffger. Ordn. zu Wittenberg tit. Form der Ladung und Citation Ita & qvandoqve, præprimis cum feriis ille, ob qvem legitimum tempus citatio exigit, deficit spatium duarum vel trium septimanarum sufficit, ut in citatione ad publicationem

 sen-

sententiæ *Magnif.* Ziegl. *in Not. ad Proc. Jud. tit. 4. ad verba* einen rechten *legalem terminum*. Et sicuti una Citatio ad totam causam minimè sufficiens est R. Ger. Ordn. *d. l. verb.* jedes mahl ita qvoqve per unam saltem citationem, in qvibusdam scil. casibus, plures citari non possunt, id qvod in litis consortibus evenit, ubi in uniuspersona omnes citari neqveunt R. Ger. Ordn. *d. l. verb.* jeden absonderlich/ *Ant. Faber in Cod. lib.* I. *tit.* 2. *Defin.* 8 *Dn. Nicol in Proc. c.* 3. *n.* 17. nisi collegium vel civitas citari debeat: vel si consortes litis ac heredes procuratorem communem constituerint BERLICH. *P. cit. l n.* 48.

§. XIX. Paucis saltem attingere lubet litigantes absolutè ac simpliciter juberi haud posse, ut personaliter & non per Procuratorem compareant ANT FAB. *d. l def.* 4 §. 11. exceptis tamen qvibusdam casibus *Carpz. in Def For. P.* 1 *Const.* 1. *def.* 11. *n.* 3. 4. *Berlich. P.* 1. *Concl.* 7. *n.* 38. *Dn. Fibig in Proc. membr.* 3. §. 5. Sicuti nec citari poterunt præcisè, ut processum prosеqvuntur intermisso planè concordiæ tentamine, qvin potius alternativè sub initium litis fiat citatio entweder zur Güthe oder in entstehung derselben zum Rechtl. verfahren R. Erl *tit. von Justitien Sachen n.* 11. Nicol. *d. l n.* 45. tradit. Neq; necesse omninò est, ut Actori qvoqve citatio juxta omnia hactenus recensita reqvisita accuratè concepta unà cum causæ insertione transmittatur, sed sufficit schedula memorialis germanicè Ein Tagzettel/Denckzettel ut scil. ipsi de termino determinato constare qveat CARPZ. *in Proc. tit.* 7. *art.* 1. *n* 30. 31.

§. XX. Pagellæ excrescerent nimis, si omnes eos, qvi citari possunt vel non, ut & illos, qvi personam standi in loco judicii habent, recensere vellemus. Id saltem monere lubet, probè dispiciendum esse num persona citanda subsit Jurisdictioni Citantis, num causa, qvæ ventilanda ac in judicium deducenda est, forum sortiatur speciale ne scil. postmodum multis jamjam factis expensis qvæstio de competentiæ

tiæ foro moveatur, judiciumqve retro reddatur nullum. Præterea circa conficiendam citationem & hoc observari meretur, ut mulieres utpote qvæ in nostro foro qvoad causas contradictorias civiles per se personam standi non habent, licet majorennes sint, resqve suas optimè administrare qveant, per Curatores comparere jubeantur N. Ger. Ordn. *tit. 8.* Witthen und Jungfrauen sollen ohne Unterscheid *Constit. Elect. 15. P. 2.* Porrò si Civitas vel universitas qvædam citanda veniat, per Syndicos, per qvos compareant, mentio fiat. Subditi verò sub alio Magistratu degentes nonnisi per Juris subsidium in judicium vocari possunt Gail. *lib. 1. obs. 56.* Zanger. *de Except.* P *2, c. 1. n. 162 seqq.*

§. XXI. Datur autem Citatio ita legitimè concepta nuncio jurato Churfl. S. Hoffger. Ordn. Wittenb. *tit.* von geschwornen Frohnbothen und N. Ger. Ordn. *it 4. ibi.* dem Gerichten verpflichteten Bothen *Ordin. Appell. rubr.* von Ausbringung der Ladung § *Item* Es sollen *ibi*: durch einen geschwornen Bothen. *L. Divus ff. de Custod. reor. Dn.* Carpz. *in Prot tit. 7. art. 1. n. 52.* ut ad citatum eandem perferat, deq; insinuationis actu judicem certiorare qveat, qvæ omnia Judicii Notarius diligenter cum omnibus circumstantiis sc. qvo mense anno, die ac cui insinuata fuerit, qvid citatus dixerit &c. ad Acta annotet. N Ger. Ordn. *c. 4. 4. ibi* mit Fleiß *registriren* lassen *& tit. 10. 5.* im Fall *ibi*: jedoch/ daß man allezeit gewiß sey/ daß die *Citation* ihm gebührlich *insinuiret*. Hinc pronunciatum memini à Facultate Juridica Lips. Anno 73. Mens. Aug. daß Beel nach anderweit vorhergehender gebührender und von Zeit der *insinuation*, weswegen denn gewisse Nachricht zu denen Acten zubringen/ eine Sächsl. Frist in sich haltender Ladung zuerscheinen. Etenim si de facta insinuatione in Actis non constet, nec citatio, nec sententia, nec deniqve totus processus in contumaciam factus valebit N. Ger. Ordn. *t. c in v. rb. ex capite nullitatis* Gail. *lib. 1. obs. 54. n. 7.* Marant. *in Specul. tit de Citat. § seqvitur vers. sed num*

qvid.

vid. Dn. Nicol. *in Proc. cap. 5. n. 5. & c. 32 n. 5.* Hahn. *ad Wesemb. tit. de in jus voc. n. 13.* qvum facta non præsumantur nisi probentur *L. qvæcunq; §. interdum ff. de publ. in rem action.* Id verò commodè fieri solet, uti jam dictum, per nuncium judicio obstrictum, cui propter juramentum, qvo judicio devinctus est, de insinuationis actu *Dn.* Nicol *c. 47. n. 8.* haud æqvè de alis ANTON. FABER *in Cod. lib. 4. tit. 15. def. 26.* Berlich. *P. 1. Concl. 10. n. 32. seqq* Carpz. *in Def. For. P. 1. C. 2. def. 25. n. 8. & 9. & Proc. tit. 7. art 1. n. 68.* creditur *Conf.* Gail. *lib. 1. Obs. 54. n. 4.* Zœs. *ad tit. ff. de in jus voc. n. 19.* *Dn.* Struv. *Exercit. 5. ff. th. 11.* Qvomodo verò citationis executio si ejusmodi nuncius juratus haberi non potest, vel absens est, expedienda sit *vid. Dn.* Nicol. *c. 4. n. 5. 6.*

§. XXII. Terminus sicuti advenerit, adsit Judex ejusqve Assessores cum Actuario SIGISM. SCACCIA *de sent. & re jud. gl. 10. n. 41.* Marant P. *6. de Ord. Jud. Act. 10. n 13. 14.* ut qvæcunqve *Conf.* Carpz *in Proc. tit. 16. art. 1. n. 63. 64.* à litigantibus in utramq; proferuntur partem, studiosè annotet atq; excipiat. N. G. r. Ordn. *tit. 2. §.* also versuchen *ibi.* durch ihn jedesmahl / *& qvidem propria manu* Berlich. *P. 1. concl. 3. n. 44. 48.* nec enim Judex ipse, nisi sint actus voluntariæ jurisdictionis *per Nov. Dec. 39.* vel alius Notarius Imperialis ejus vices sustinere poterit. Et præprimis omnis cura eò feratur, ut causæ partium pacatè ac sine strepitu dubioq; processus eventu agantur, tractentur, componantur, nihilq; intermittendum planè est, qvod ad amicabilem faciat compositionem N. Ger. Ordn. tit. 1. §. besonders aber / N. Erl. tit. von Justitien Sachen n 15. und sol in den Hoff- und Untergerichten zwischen denen Partheyen gehalten / die Güte jedesmahl vor den Procesf. mit Fleiß versuchet / von den Richter Mittel zur güthl. composition ex officio vorgeschlagen werden / & §. hätte

aber

aber zum achten ibi. wenn nun beyde §. und weil zum eilften & §. ingl. da zum vierzehenden *Carpz. in Def. For. P. 1. C. 1. def. 10.* Hinc & Advocati qvovis modo in qvacunqve tandem litis ac processus parte amicabiles transactiones promovere debent N. Ger. Ordn. *tit. 3. ibi.* Billiche Vergleichung vielmehr befordern Churfl. S. Torgauisch Ausschreiben *de Anno 1583. tit* von *Advocaten Conf. ulterius Dn.* Nic. *in Proc. c. 6. n. 9. p. m. 55.* Qvi amicabilis compositionis actus, utut multò laudandus, adeò tamen necessarius minimè est, ut eo intermisso processus insecutus sit omninò frustraneus. Carpz. *in Proc. tit. 10. art. 1. n. 2. Magn. Ziegl. in Not. ad Ord. Jud. tit. 1. ad verb.* in guten zuvergleichen. Sicuti nec Judex, si certi casus excipiantur, CARPZ. *in Def. For. c. l. def. 11. n. 3. 4.* partes ad litigandum proclives, qvarum ingenia sunt nimis heteroclita, ad concordiam adigere potest, sed potius processum admittere debet. CARPZ. *in Proc. d. l. n. 37.* N. Erl. tit von Justitien Sachen n. 15. in verb. sol darzu niemand gezwungen werden N. Ger. Ordn. tit. 1 §. besonders aber in fin. jedoch mit der Discretion, daß gleichwol auf allen Fall / und die gütliche Mittel nicht verfangen wolten / niemand rechtlich hülfflos gelassen werde. *Dn.* Brunnem. *Comment. in Cod. tit. de sentent & interloc. omn. jud. ad Leg. ex stipul. 7.* qvum pax sit bonum persvasibile non impulsibile *Jac. Menoch. lib. 2. arbitr. Jud. qvaest. lib. 2. art. 2. cas. 442. n. 8.*

§. XXIII. Præcedente §. 17. dictum fuit Actuarium ejus, qvi alterius nomine libellum exhibet, legitimationem

exigere teneri. Sed cùm eo ipso omne legitimandi negotium nondum absolvi videatur ne dicam, hoc in praxi parùm observari, qvin potius haud raro eveniat, ut multum utrinq; à litigantibus de legitimatione disceptetur evenit sæpè, ut cautio rati, qvæ semper realiter & judicialiter oretenus, neutiqvam verò in scriptis sub obligatione bonorum promitti, eademq; per Notarium Judicii ad acta registrari, ut vulgò loqvuntur, debeat. BERLICH. *P.1. Concl.14.n.68.69. Dn.*Nicol. *c.7.n.49.* ubi simul modum eandem consignandi depingit *& c.31.n.7.* Carpz. *in Proc. tit.5. art.6.n.1.* Porrò si Procurator apud Acta in judicii loco vivâ voce constituendus est, Actuarius consignet, necesse est, ne in litis progressu qvæstio hâc de re moveatur *Magn. Dn.Ziegl. in Not. ad Ord.Jud.tit.7.* §. da auch *adverb.* oder sonst gerichtlich. Præterea si Gvaranda, qvam Actor non nudis verbis, sed & realiter ac Actu corporali Actuario promittere debet. præstanda, Actis ilicò inserenda est N. Ger. Ordn. *tit. 12. ibi.* alsobald zu den *Actis* verzeichnet werde. *Const. Elect.4. P 1.* formam gvarandæ præstitæ annotandæ vide apud *Dn.* Nicol. *in Proc.c 36.n.32.seqq. & c.31.n 7. Dn.* Fibig *in Proc. membr.3.* § 12 Pariter qvoqve ad Acta conscribere debet Actuarius cautionem den Verstand qvæ ab Actore pro expensis & reconventione præstatur *Constit. Elect.5.P.1.* N. Ger. Ordn. *tit.13.* Nic. *c.36.n.6.* Deniq; si syndicus, Curator &c. apud acta constituantur, idipsum, uti omnia alia, probè annotanda sunt. Tandem si mandata, Curatoria Tutoria aliaq; documenta ac instrumenta sive originaliter sive in vidimata copiâ exhibeantur, summo studio ab Actuario Actis affigenda ac asservanda sunt, aliâs enim, si ista manca ac imperfecta sint, litigantibus ad interesse Notarius judicii utiq; tenebitur *L. Sancimus C. de Judit.* Gail. *l b.1. Obs.134. n.12.seqq. Conf. qvoq;, qvæ suprà §.13. dicta sunt.* Et si generale instrumentum productum fuerit, copia per Notarium collata ac suâ subscriptione & attestatione munita penes Acta remanere debet, qvâ producens

cens postmodum aliis in casibus uti qveat. GAIL. *cit. l. n. 24.* Ad Acta pariter à Notario Judicii diligenter jura partium, qvando proponuntur, conscribi debent, qvod coram Judice vel Actuario ejus oretenus, exceptos casus *Dn.* Nic. *c.3. n.70.* recenset, fieri debet *Coust. Elect. P.1. C.1.* **Von Munde in die Feder verfahren** & C.9. **von Mundein die Feder versatzt.** Appell. **Ordn.** tit **von rechtl. Einbringen.** Ubi primùm Actor ad libellum antea exhibitum sese refert, eumq; Verbotenus repetitum velle dicit *cit.* Nic. *c. 8. n.1.* Reus verò sua qvoq; jura viva voce recitare obstrictus est *per cit. Const. Elect. 1. Carpz. in Def. For. P.1.C.1. def. 1. n. 8. & c.3. def.11.* & sic porrò qvoad cæteras positiones procedendum omninò est.

§. XXIV. Res postqvam ad probationem venerit, qvemadmodum probaturus ipsi Judici vel actuario *Dn.* Nic. *c. 14. n. 1.* articulos probatorios intra terminum Saxonicum *Const. Elect. 16. P.1. &* N.G.O. *cit. tit. 20.* unà cum denominatione testium N. Ger. Ordn. *cit. tit. 20.* Berlich. *p. 1. Concl. 37. n. 38. seqq.* Carpz. *in Def. For. p. 1. Constit. 16. def. 4.5,* & directorio (hoc etenim intra terminum oblato post eundem mutare non licet CARPZ. *lib. 3. Resp. tit. 9. resp. 86. n.6.*) offerre *Dn.* Struv. *Exercit 28. ff. th. 44.* siq; probatio per documenta simul fiat eadem qvoqve exhibere *cit. Proc.* Ordn. *d.l. in verb.* auch der briefflichen Uhrkunden/damit er beweisen wil & qvantum in se est, Judicem interpellare debeat, ut terminum ad producendum præfigat *Const. Elect. 16. P. 1.* **Mit fleißigen Anhalten beym Richter** &c. & Proc. **Ord.** tit. 20. pr. & §. **nach dem aber** ibi. **sol auch der** producent **schuldig seyn hierumb bey ihnen fleißig zu** solicitiren. Ita, si hoc factum fuerit, Actuarius circa confectionem citatorii observet, ut non

ſolummodo teſtes, denominati ad judicii locum *L. 3. §. 3. ff. de Teſt.* ſumptibus producentis *L. 11. C. de Teſt. L. 3. §. 4. ff. Eod.* Gail. *lib. i. obſ. Pract. 99. & obſ. 100. n. 9.* citentur, (de teſtibus alterius Jurisdictioni ſubjacentibus ac planè peregrinis *vid.* N. Ger. Ordn. *tit. 23. Dn.* Nicol. *in Proc. c. 57. n. 13.* nec non de perſonis egregiis, *Idem c. l. n. 14.*) ſed & pars producens, ut teſtes producat; eosdemq; jurare videat. *Idem c. l. n. 10.* Citetur præterea & illa pars; contra qvam teſtes producuntur, eiq; cum articulis probatorialibus à producente exhibitis nomina teſtium *Proc.* Ordn. *tit. 20.* zu ſampt der Zeugen Nahmen addo & Directorium *Rosb. in Proc. tit. 54. n. 15.* copialiter transmittantur, eâ qvidem fini, ut interrogatoria, ſi qvæ velit, conficere poſſit Rosb. *c. l. n. 14.* Cauſas ob qvas producta pars omnino citanda ſit latè exponit ſæpe, imo ſæpiſſimè citatus *Dn.* Nicol. *in Proc. c. 57. n. 10. Dn.* Struv. *Exercit. 28. ff. th. 45.* Gail *lib. 1. obſ. 102. n. 1. 2.* ubi dicit, teſtium depoſitionem nullius eſſe momenti, ſi pars producta citata non fuerit Anton. Fab. *in Cod. lib. 4. tit. 15. def. 13.* Petr. Termin. *in Proc. c. 212. n. 11.* De iis, qvi teſtimonium interveniente juramento perhibere recuſant, & hoc obſervari meretur, qvod etiam inviti cogi poſſint, qvò facilius eoq; citius negotia explicentur *per L. cureni 22. ff. de Teſt.* Carpz. *in Proc. tit. 13. art. 4. n. 95.* & qvidem in terris noſtris ſub pœnâ decem aureorum Churfl. S. N. Ger. Ordn. *tit. 22.* qvæ toties iteratur qvoties qvis juramenti præſtationem recuſat, imò & arctiorem ac graviorem pœnam teſtibus invitis jura minantur N. Ger. Ordn *c. l. ibi.* er auch wol durch andere Pön. Carpz. *p. 1 Def. For. Conſt. 16. def. 47. n. 8.* etiamſi qvis juraſſet, ſe non velle teſtimonium deponere aut alicui ſecreta revelare *Magn. Ziegl. in Not. ad Proc. Jud. c. 4. 22. ad verba* aufferlegen Gail. *lib 1. Obſ. 00. n. 4.* qvia tale juramentum tanqvam temerarium, illicitum & contra bonos mores præſtitum non eſt obligatorium. Nic. *in Proc. c. 57. n. 12. ibiq; citt. Dd.*

§ XXV.

§. XXV. Examen testium qvando instituendum est, juramentum ab iis in præsentia utriusqve partis præstari N. Ger. Ordn. *tit. 20.* §. Wenn es nun *ibi.* in Gegenwarth der Parthenen/ examen vero litigantibus planè remotis fieri debet ANT. *Fab. in Cod. lib. 4. tit 15. def. 52. n. 2.* Testes autem omnes ac singuli, si ipsis ab Actuario juramentum prælectum *Dn.* Nic. *c. 44. n. 24. & c. 61. n.* 1. ac de perjurio, qvod scil. falsidicus sit obnoxius DEO, qvem contemnit, Judici, qvem decipit, & parti. qvam lædit probè admoniti fuerint, in judicii locô, videlicet mares erectis prioribus duobus digitis & pollice, fœminæ verò dextra manu impôsita mamillæ sinistræ ROSB. *in Proc. tit. 57. n. 12.* semper in propria persona BERLICH. *Concl. 34. n. 7.* Zanger. *Tract. de Except. P. 2. c. 8. n. 116.* jurare tenentur, & qvidem ante examen institutum *L. 9. C. de Test.* Ungepauer. *ad Decret. tit. de Test. & Attestat. n. 36.* Gail. *l. 6. 1. obs. Pract. 101. n. 9.* id qvôd ita factum esse Notarius Actis inserere debet *Dn.* Nicôl. *in Proc. c. 58. n. 11.* Juramentô ita præstitô examinator, id qvôd plerumqve per Actuarium fieri assolet CARPZ. *lib. 3. Resp. tit. 9. Resp. 87 n. 2 seqq.* partibus remotis testes sigillatim UNGEPAUER *c. l. n. 38* Petr. *Termin. in Proc. c. 26. n. 1. 2.* ad qvemlibet articulum ac interogatorium qvodlibet examinat, ab eoqve ipsissima testistium dicta, ipsissima verba, ipsissima phrasis ac periodus diligenter annotanda sunt, secundùm ea, qvæ *Dn.* Nicol. *c. 61. n. 1. seqq.* tradit, ubi simul plures observatiônes circa examinationis actum recenset Examine finito dimittuntur testes, prævia tamen admonitione de silentio servando, neqve opus est subscriptionem dictorum à testibus fieri debere Post hoc dum citantur partes, ad publicationem Attestationum, ubi sufficit, si litigantes dicant, se attestationes pro publicatis habere velle, neqve reqviritur, ut ab Actuario verbotenus recitentur & legantur, prouti id-

ipſum praxi qvotidianâ, ſatis comprobatum eſt. Atteſtationibus itaqve publicatis ab Actuario copiæ earundem intra duos conficiuntur menſes *Conſt. Elect. 18 ibi.* ſonderlich und zum längſten innerhalb 2. Monath, Si qve partes easdem redimere negligant, terminus octo vel qvatuordecim dierum vel etiam integri menſis præfigi debet N. G. O. *tit. 29. §.* Weil aber. qvo elapſo terminus diſputationibus præſtitutus, qvi eſt ſex ſeptimanarum N. Proc. Ord. *d t. in verb.* von 6. Wochen zu 6. Wochen cum qvâ coincidit, *Conſtit. Elect.* 18. N. Erl. *tit.* von *Juſtitien* Sachen *n. 22. 23.* currere incipit. Cætera, qvæ de atteſtationum diſputatione afferri poſſent, in præſenti accumulare ſuperſedeo. Breviter & illud addam, qvod maximè proficuum ſit, ſi Judex ipſe de cauſa cognoſcere nolit, ut citentur partes ad videndum acta legitimè inrotulari ac obſignari, per ea, qvæ habet *Dn.* Nicol. *c. 66. n. 12.* ac ad Collegium Juridicum transmitti CARPZ. *in Proc. tit. 16. art. 1. n. 21. ſeqq.* Accedit tandem ſententiæ publicatio circa qvam Actuarius obſervare tenetur, qvod habetur *in Ord. Proc. tit. 35. in verb.* befehlen unſern ꝛc. Regiſtretur enim ab Actuario ſententiæ publicatæ tempus, ipſa hora, imò horæ momentum ſi commodè fieri poterit, qvum fatale interponendi remedii ſuſpenſivi vel devolutivi currat de momento in momentum *Conf. Magnif* Ziegl. *in Not. d. l. ad verb.* zu welcher Stunde. Ut plurimum autem ſententia per Judicis Notarium recitari ac pronunciari ſolet. *L. 2. C. de Sent. ex peric. recit Dn.* Struv. *Exercit. 44. ff. ib. 5. pr.* Animus erat nonnulla, qvæ Actuarius circa Leuterationem & Appellationem interpoſitam aliosqve actus judiciales obſervare

vare

vare necesse habet, addere, sed pagellæ deficiunt, destituorqve tempore: Itaqve finio.

Gloria in Excelsis DEO!

ELECTORI Pax!

Orbi Christiano Salus!



Ad
Clarissimum atq; Doctissimum
DN. RESPONDENTEM
Amicum suum æstimatissimum.

Est verum: curâ vigili magnôqve labore
Gloria parta venit!
Absqve morâ nomen Tibi, DOCTI, *Fautor* amande,
Non sine laude paras.
Macte tuâ virtute, feret Te semper ubiqve
Fama per ora Virum.
Nascetur Tibi laus, *Autor Doctissime*, digna;
Et decus inde simul!

gratulab.

J. G. Röder.

Inco-

INcogniti non est amor, haud quoq;,
VIR DOCTE, technæ, quæ latitant, valent,
Rectè Virum sic Te probasti,
Tollimus hoc specimem celebre!

Paucis hisce sincerum affectum cum voto omnigenæ prosperitatis Clarissimo Domino *AUTORI* Fautori suo impensè colendo, testari voluit

Joh. Georg: Knoche.



